Sigismundus Augustus dei gra Rex Poloniae: magnus dux
Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae Samogitiaeq[ue] etc. dnus et hrs.

Magco Valentino Dembienskii Castellano Sandecen Regni nri Thesaurario, Chenczinen Lubomlienq[ue] Capitaneo, syncere nobis dilecto, gratiam nram regiam. Magce sincere nobis dilecte. Honesto Nicolao Armeno interpreti nro Turcico, ad prius stipendium annuum Centum marcar, quod a nobis in theloneo Leopolien assignatum habuit Centum florenos pecuniae communis monetae, et numeri regni nri, ad eius extrema vitae tempora adiecimus, illiq[ue] praedictas Centum marcas, ex theloneo Leopolien transferentes, et cum eisdem Centum florenis coniungentes pensionem annuam Ducentorum et Sexaginta florenor in proventibus thesauri nri constituimus et assignavimus, per pfatum Nicolaum Armenum pensionem pfatam Ducentorum et Sexaginta florenor, iam exnunc deinceps in thesauro nro singulis annis pro quolibet festo Paschae, ab eo quod proxime instat, ad tempora vitae ips extrema percipiendam. Itaq[ue] volumus et hortamur S. tuam, ut eidem Nicolao Armeno, eandem pensionem Ducentorum et Sexaginta florenor singulis annis, pro quolibet festo Paschae, ab eo quod proxime instat incipiendo, ex proventibus thesauri nri numeret et exsoluat, numerariq[ue] et exsolvi curet. Quodquidem nos ab illa in rationibus susceptur sumus. In cuius rei fidem manu nra subscripsimus et sigillum nrum appuni iussimus. Dat Vilnae die X° mensis Octobris Anno domini M D LXIII°. Regni vero nri XXXIIII°.

Sigismundus Augustus
Rex sst.



Nicolao Armeno interpreti Thurcico, ann[...]
pensionis, in Thesauro fl. 260. pro festo [...]
singulis annis, ab A° 1564. ad extrema[...]
tpo [illegible] in Thro ass[...]

52.

136.